ANTONIVS BARRA I.C. ADVOCATVS NEAPOLITANVS ET IVDEX IN CRIMINALIBVS M.C.V.
F.P. Scul. 1676.

CONTROVERSIÆ FORENSES

CUM DECISIONIBUS

Supremorum Regni Neapolis Tribunalium;

In quibus variæ, & ſelectiores in Foro agitatæ Queſtiones de Feudis, Cenſu, Iuriſdictione, Iudicio, Teſtamentis, Fideicommiſſis, Inteſtati cauſa, & Miſcellaneis, accuratè diſcutiuntur, & res Iudicata ſingulis ferè controverſus adnotantur.

AVTHORE

ANTONIO BARRA

J. C. ADVOCATO NEAPOLITANO;

Ecolim Iudice in Criminalibus Magnæ Curiæ Vicariæ

Cum duplici Indice; Argumentorum uno, Verborum altero.

NEAPOLI, EX OFFICINA BVLIFONIANA cIɔIɔCLXXX.
SVB SIGNO SIRENIS

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. FERDINANDO JOACHIMO FAXARDO DE REQVESENS, ET ZVNICA,

MARCHIONI DE LOS VELEZ, MOLINÆ, ET MARTORELLIÆ, Domino Septem Villarum Fluminis Almanſoræ, Cubarum, Portiliæ, Mulæ, Alhamanæ, atq; Libriliæ: Necnon Baroniarum Caſtelvenſis, Rioſanſienſis, Molinæ Regis, aliarumque in Cathaloniæ, Principatu, Alcaidi perpetuo Caſalium Civitatum Murciæ, & Lorcæ, Antelato Majori, & Generali Capitaneo Regni Murciæ, Marchionatus Villenæ, Archidiacono Orgiæ, Campi Montellii, Serræ Securæ, earumque Pertinentiarum; atque in præſenti Neapolitano Regno Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali.

ANTONIVS BARRA D.D.D.

QVÆ de gręca olim vetuſtate deprompta, Excellentiſs. Princeps, apud Romanæ Sapientiæ Proceres valuit fabula, Herculem Muſagetem eſſe, ſcilicet comitem, ducemque Muſarum; nunc equidem, ſi prono in obſequium animo, quin etiam corde ad ſolium Excellentiæ Tuæ provoluto, etſi infra meritum Virtutem tamen Tuam cum Hercule comparem, jam vera eſt fabula; Vtrumque enim munus adimplet Fortiſſimi, Sapientiſſimique Numinis. Quod autem Fulvius Romanorum Imperator novem ſigna, hoc eſt, omnium Camœnarum in Circo Flaminio Alcidi conſecravit, ut mutuis honoribus, opibuſque munirentur Muſarum quies defenſione Herculis, & Virtus Herculis voce Muſarum. Iam ſanè meliori conſilio factum reor, ut Tuo dicatæ Nomini muniantur, quod Controverſiæ meæ unicè laudant. Niſi fortè in Te laudando excellentior ſit tutela, quàm laudatio, & melior Muſarum quies, quàm vox. Enimverò quis unquam Camœnarum cantus Tuum

CONTROVERSIÆ FORENSES

CUM DECISIONIBVS SVPREMORVM REGNI NEAPOLIS TRIBVNALIVM.

AVTHORE

ANTONIO BARRA

IVRE CONSVLTO

ET

ADVOCATO NEAPOLITANO,

AC OLIM

IVDICE IN CRIMINALIBVS MAGNAE CVRIAE VICARIAE.

SVMMARIVM.

1 *Facti enarratio.*

2 *Feudatario, non eſt permiſſum diſponere de feudo antiquo.*

3 *Inveſtitura dat formam, & regulat naturam feudi.*

4 *Feudi conceſſio facta abſque clauſula (iuris Longobardorum, vel iuris Francorum) quomodo in dubio ſit interpretanda.*

5 *Feuda omnia apud Regem ſunt libera, & allodia, & ratio.*

6 *Feudo devoluto ad Regem, mutatur qualitas feudalis.*

7 *Feudatarius diſponens de feudo cum Aſſenſu Domini, qui de novo illud concedat, an efficiatur nouum feudum, licet fuerit antiquum.*

8 *Feuda hodie ſunt indiviſibilia, & Dominis Proregibus eſt vetitum aſſentire*